HYMNUS IN ISIM.

TYPIS DESCRIPSERUNT ZÜRCHER ET FURRER.

ΥΜΝΟΣ ΕΙΣ ΙΣΙΝ.

HYMNUS IN ISIM.

AB L. ROSSIO REPERTUM

PRIMUM

DISTINXIT EMENDAVIT ANNOTAVIT

HERMANNUS SAUPPIUS.



TURICI

PROSTAT IN LIBRARIA MEYERI ET ZELLERI.

MDCCCXLII.

LAURENTIO OKEN

ISIDIS

SACERDOTI PRIMARIO

COLLEGAE OPTIMO

D. D. D.

HERMANNUS SAUPPIUS.

PRAEFATIO.

Ante hos tres menses Ludovicus Rossius, professor atheniensis, necopinato Turicum venit et veteri amicitiae precibusque meis hoc dedit, ut institutum itineris cursum inhiberet et aliquot dies mecum versaretur. Attulerat vero secum *inscriptionum graecarum ineditarum fasciculum secundum*, Athenis hoc ipso anno typis descriptum. Celeriter perlustravi et cum permulta reperi ad sermonis graeci naturam et rerum publicarum sacrarumque conformationem et historiam accurate pernoscendam utilissima, tum maxime carmen, quo Isidis laudes praedicarentur, animum advertit.

Lapidem Rossius Andri mense Iulio a. 1841 invenit. *Hymnum in Isidem*, inquit (p. 3 sq.), *reperi inter rudera antiquae urbis, ad casam Ἰαννάκη Δουκρέζη. Tabula est oblonga, albi marmoris, quatuor columnis inscripta; sed titulum pessime habitum adeo festinanter transscribere coactus fui, ut difficiliora attingere non possem. Exscripsi igitur tantum Col. I et IV; verum si cui otium contingat, tabulamque commode ad lucem obvertat, crediderim etiam Col. II. partem superiorem, et per totam fere Col. III. dimidiam versuum partem, qua Col. IV. attingunt, legi et transscribi posse. Quo magis a praepropero explicandi conatu in praesenti abstineo; neque tamen apographum quamvis mutilum iis, qui linigerae deae religiones scrutantur, diutius invidendum esse duxi.* Iuvat vero pericula obire: hoc quam verum sit etiam ii experiuntur, qui artem criticam faciunt. Me quidem literarum muta elementa, quae amicus posuit, tam sollicitum habebant, ut a me impetrare non possem, quin velum illud magicum quo tegerentur detrahere et linguae usum iis reddere conarer. Perficient alii quod incepi, quae minus recte administravi corrigent.

Lapidem ad aedem Isidis pertinuisse facile est ad intelligendum: quam coniecturam etiam ea confirmant quae L. Rossius in itinerum insularium parte altera, quae nunc ipsum Stuttgartiae typis describitur, (p. 20 sqq.) de Andro insula eoque loco quo titulum reperit luculenter ut solet exposuit. Atque Isidem Andri cultam esse vel unus ille, qui in corpore inscriptionum boeckhiano habetur, titulus andrius 2348, docere poterat. Supra

iuvenem isiacum enim in lapide nomen *ΔΩΡΟΘΕΟΣ* scriptum est, ex ea consuetudine quam Callimachi epigramma sexagesimum illustrat:

Ἰναχίης ἕστηκεν ἐν Ἴσιδος ἡ Θάλεω παῖς
Αἰσχυλίς, Εἰρήνης μητρὸς ὑποσχεσίῃ.

Neque Andri tantum Deae linigerae sacra fiebant. Mytilenis Isim pelagiam cultam esse testatur titulus corporis boeckhiani 2174. Chii numina contubernalia Isis, Serapis, Anubis, Harpocrates sacra habebant: tit. 2230, cl. 2240, 6. Sami sistra isiaca audita esse ostendit nomen quod est Ision: tit. 2253. Ephesi Isis et Serapis contubernio coniuncti erant: tit. 2955. Deli quatuor illa numina aegyptiaca contubernalia sanctissime culta esse multi lapides docent: 2293. 2295. 2297. 2298. 2300. 2302. 2303. 2304. 2305. Adde nomen Isidori: 2306. Eadem Parios religione tactos fuisse testimonium dicit Isias Serapionis filia: tit. 2411. Athenienses peregrinorum illos sacrorum amantissimos almae matri aegyptiae non operatos esse quis credat? Nec coniectura opus est: nam cum nomina fidem faciant, quae sunt *Ision*, *Isidotus*, *Isidote*, *Isigenes*, *Isidorus*, *Isiphilus*, tum A. Boeckhius evicit ad tit. 481. Nominum autem illorum exempla collegerunt G. Dindorfius praef. ad Eurip. Alcest. p. 9 et C. Keilius onomatologi p. 5. Adde quod Diodorus Sic. 1, 29 narrat: *τήν τε Ἶσιν μόνους τῶν Ἑλλήνων ὀμνύειν.* Porro Megaris templum Isidis fuisse Pausanias scribit 1. 41, 3. Corinthi ad viam, qua in Acrocorinthum ascenderet, duo se fana Isidis vidisse, pelagiae alterius, alterius aegyptiae, idem narrat: 2. 4, 6. Eodem auctore etiam Methanae et Troezene templa deae aegyptiae fuisse scimus: 2. 32, 6. 34, 1. Hermionenses Serapidi et Isidi sacra fecisse memoriae prodidit 2. 34, 10. Porro Boeis laconicis horum numinum templum viderat: 3. 23, 13. Eadem numina prope theatrum Messeniorum aedem communem habuisse testatur: 4. 32, 6. Deinde Phliunte aedem Isidis in eaque simulacrum Deae fuisse, quod a sacerdotibus tantum conspici fas esset, narrat: 2. 13, 7. Burae achaicae eam cultam esse, item testimonio Pausaniae constat: 7. 25, 9. Thespiis lapides loquuntur: Boeckhii C. Inscr. 1633. Summa vero religione templum Isidis Tithoreae fuit, inaccessum omnibus, nisi quos Dea ipsa insomniis invitasset. Pausanias: *ἄδυτον ἱερὸν Ἴσιδος*, inquit (10. 32, 13), *ἁγιώτατον ὁπόσα Ἕλληνες θεῷ τῇ Αἰγυπτίᾳ πεποίηνται.* Deinde Tithoreae bis quotannis, vere et auctumno, festos dies ternos nundinarum celebritate et sacrificiorum magnificentia insignes actos esse narrat. Ambryssi Serapin Isim Anubin cultos esse titulus Boeckhii 1729 ostendit. Denique Serapin Isim Anubin Harpocratem Canopum Ambraciae contubernales fuisse titulo 1800 edocemur. Neque vero insulae tantum maris aegaei et Graecia ipsa almam matrem aegyptiam in templa sua acceperant, ut Lucani verbis utar (8, 831), sed etiam Sicilia et aeterna Roma omnesque Italiae urbes cum aedes aediculasque Isidis habebant, tum isiacorum et isiacarum vestes linteas et capita calva, sistrorum tinnitum, tres initiationum gradus, excubias divae Iuvencae (Propert. 2, 21) et mixtam turpissima libidine superstitionem bene noverant.

De quibus rebus nunc accuratius explicare nec licet nec opus est: nam de Sicilia F. Münter comment. antiquar. p. 149 sqq. exposuit, de Romanorum vero superstitione C. A. Boettiger cum Sabinae vol. 1 p. 232 sqq. tum script. minor. 2 p. 210 sqq. et 3 p. 244 sqq. explicavit.

Sed quaerimus, quo tempore Isis Romae coli coepta sit. L. Apuleius metamorph. 11, 30: *rursus denique*, inquit, *quaqua raso capillo collegii vetustissimi et sub illis Sullae temporibus conditi munia — obibam.* Dio Cassius vero 47, 15 narrat, Octavianum Antonium Lepidum tresviros a. 711 Serapidi et Isidi templum decrevisse. Ex his testimoniis iure hoc videntur collegisse, Isidi inde a temporibus sullanis privatim sacra facta esse, sed a. 711 demum eam religionem publice receptam esse. Diu enim senatus peregrinam religionem reprimere studuerat et cum fana Isidis et Serapidis plus semel dirui iussisset, postea certe ne intra pomoerium essent vetuerat: cf. A. Hartung. de relig. Rom. 1 p. 234 sq. Sullae igitur temporibus haec religio primum Romam videtur perlata esse: nam W. Drumannus hist. romanae 2 p. 67 L. Aemilium Paullum consulem anni varroniani 704 cum consule cognomine a. 535 commutavit.*)

Nec Graecorum animi videntur multo ante religione aegyptia tacti esse. Cum Alexandri Macedonis expeditionibus Asia Graecis quasi reclusa esset atque Ptolemaei splendore suo oculos omnium in se convertissent Alexandriaeque admiratione omnia implevissent, tum demum Graecorum animi ingenuo libertatis spiritu exstincto et veraci illo ac simplice pietatis erga Deos sensu iam dudum sublato superstitiosa caerimoniarum aegyptiarum multitudine isiacorumque doctrinis arcanis oblectari coepti sunt. Vix lapides seculo, quod est ante Christum primum, vetustiores reperiantur, qui ad Isim pertineant; plerique multo recentiores sunt. Nec scriptorum

*) L. Aemilii Paulli hac in re unus Valerius Maximus mentionem facit. Hic 1. 3, 3 ait: *L. Aemilius Paullus consul, cum senatus Isidis et Serapis fana diruenda censuisset eaque nemo opificum attingere auderet, posita praetexta securim arripuit templique eius foribus inflixit.* Interpretes in margine adnotaverunt hoc ad a. varron. 535 referendum esse. Eos sequitur etiam H. S. Reimarus ad Dion. Cass. vol. 5 p. 268 Sturz. Sed plane incredibile est sacra aegyptia iam illis temporibus Romae culta esse. Nam primum ante bellum punicum secundum vix fuit ullum Romanorum cum Aegyptiis commercium. Deinde quae T. Livius 25, 1 a. 541 acta esse dicit ostendunt eum de L. Aemilii facinore nihil cognitum habuisse. Porro scriptores de sacris Bacchi et Sabazii Iovis sublatis saepe commemorant, deorum aegyptiorum ante tempora sullana mentionem non inferunt. Denique Apuleii testimonium obstat. Contra a. 704 senatum sacra aegyptia tollenda censuisse optime convenit cum iis, quae illis annis saepe in senatu acta esse legimus. Sed quod A. Hartung. l. d. Dionis Cassii locum 40, 47 ad a. 704 referendum esse dicit, errat. Dio narrat, Cn. Domitio Calvino M. Valerio Messalla coss. a. 701 tantas Romae turbas fuisse, ut consules in a. 702 creari non possent, ac sub initium huius anni 702 multa ominosa facta esse Deinde pergit: *δοκεῖ δὲ ἔμοιγε καὶ ἐκεῖνο τὸ τῷ προτέρῳ ἔτει, ἐπ' ἐξόδῳ αὐτοῦ, περί τε τὸν Σάραπιν καὶ περὶ τὴν Ἶσιν ψηφισθὲν τέρας οὐδενὸς ἧττον γενέσθαι. τοὺς γὰρ ναοὺς αὐτῶν οὓς ἰδίᾳ τινὲς ἐπεποίηντο καθελεῖν τῇ βουλῇ ἔδοξεν. οὐ γὰρ δὴ τοὺς θεοὺς τούτους ἐπὶ πολὺ ἐνόμισαν, καὶ ὅτι* (l. *ὅτε*) *γε καὶ ἐξενίκησεν ὥστε καὶ δημοσίᾳ αὐτοὺς σέβεσθαι, ἔξω τοῦ πωμηρίου σφᾶς ἱδρύσαντο.* Apparet igitur primum, senatus consultum hic commemoratum ad a. 701 extremum pertinere, deinde religionem aegyptiam illis temporibus Romae satis novam Dioni visam esse, denique quo anno extra pomoerium publice templum aedificatum sit non constare.

testimonia de aliis temporibus nos cogitare iubent. Quare ferri non potest, quod G. Dindorfius coniecit, in didascalia Alcestae euripideae, quae ad ol. 85, 2 pertinet, *Eisidotum* choregum commemorari (v. praefat. p. 9. et H. Steph. thesaur. l. graec. s. v. *Ἰσίδοτος*): sed verba *εἰσὶ δὲ* .... *χορηγοὶ* alio modo corrigi oportet.

Quae de aetate qua religio isiaca ad Graecos pervenisse videatur exposuimus, docent, etiam carmen, quod tractamus, ante seculum quod est ante aeram nostram primum compositum esse non posse. Sed ut multo recentius esse iudicemus, literarum formae, orthographia, linguae rationes efficiunt.

Quantum ex literarum formis, quae apud Rossium expressae sunt, iudicare licet, ZΘΞ certum faciunt indicium, de temporibus aera nostra prioribus cogitari non posse: cf. quae I. Franzius in elementis epigraph. graecae p. 244 sq. exposuit. Formam literae ζ, quae est Ɪ (v. 40), opponi non posse idem ostendit exemplis eius formae ex lapidibus satis recentibus desumptis. Adde quod pro litera, quae est iota longum, saepissime *ει* scribitur: v. 6 *μοναρχείας*, vv. 7. 15. 26. 51. 68 *Εἶσις*, vv. 8. 50 *ἀκτεὶς* et *ἀκτείνεσσι*, v. 16 *Ὀσείριδος*, v. 32 *εἰθύνεσκον*, v. 34 *διακρείνωσιν*, v. 38 *ἀφεῖδα*. Deinde iota saepius quidem adscribitur, sed haud raro omittitur: cf. v. 2 *ἀρχαίᾳ*, v. 16 *ᾧ*, v. 19 *αἰπυνόῳ*, v. 33 *διαύλῳ*, v. 42 *ἐρεισαμένᾳ*, v. 48 *ἀελίῳ*, v. 79 *κεραυνῷ*. Quae quanquam iam prius passim admissa esse certo demonstrari potest, tamen iis demum temporibus, quae principatum Augusti secuta sunt, saepius usurpari videmus: cf. I. Franzius l. d. p. 233 et 247. Idem de notis interpunctionis in vv. 14. 16. 36. 49. 52. 56. 64. 66. 70. 73 additis exposuit p. 375.

Veniamus ad rationes horum versuum metricas et prosodicas. Ordinem vero sequimur dissertationis, qua G. Hermannus de aetate argonauticorum orphicorum exposuit et epicorum poetarum recentiorum discrimina miro ingenii acumine et doctrinae accuratione explicavit. Quamvis enim poeta, de quo agimus, non in eorum numerum referendus sit, quos Hermannus poetas epicos dicit (p. 691), tamen versuum accurata scrutatio ostendit, easdem ab eo leges observatas esse. Ac primum quidem caesuram trochaicam in quarto pede nunquam admisit. In tertio vero pede, cum versus duo et septuaginta sint de quibus iudicari potest, undequadragies masculam, tricies ter trochaicam usurpavit. Deinde syllabam brevem vi caesurae videmus nunquam productam esse. Porro hiatum nunquam admisit. Denique correptionibus vocalium atticis ante mutam cum liquida prorsus abstinuit, nisi quod v. 15 *πρέσβᾰ Κρόνω* dixit. Sed hoc tale est, ut ne severis quidem legibus, quibus hanc licentiam a Nonno Dionysiacorum auctore coercitam esse K. Lehrsius docuit quaestionum epicarum p. 262 sqq., adversetur. Ex his, quae exposui, mihi iure videor concludere posse, poetam non ignarum fuisse normae, ad quam Nonnus eiusque sectatores artem versuum heroicorum pangendorum direxerunt, sed caesuram masculam pedis tertii et spondeorum usum crebriorem eodem consilio admisisse, quo dialecto dorica utendum esse censeret: gravitate enim hymni ea digniora esse iudicabat.

Accedunt alia argumenta. Primum enim in tam paucis versibus satis multa habentur vocabula, quae vel a recentioribus demum poetis epicis usurpata esse invenimus vel ad eorum exemplum ab auctore noviter procusa sunt.

v. 1. *λινόστολε.* v. quae ibi adnotavi.

v. 3. *ἀμαλλοτόκοισι.* Nonnus Dionys. 7, 84: (*γαῖα*) *ξηρὸν ἀμαλλοτόκοιο λοχεύσατο καρπὸν ἀρούρης.*

v. 5. *φιλοθρέσκων.* Ios. Scaliger castigat. ad Manilium p. 26 apud Ptolemaeum tetrabibli 2 pro eo quod in codd. est *φιλοθρήνου* poni voluit *φιλοθρήσκου.*

v. 8. *πυριλαμπέος.* Usus est Aratus v. 1040: *πυριλαμπέος ἐγγύθι μύξης.* Deinde Oppianus Cyneg. 3, 72: (*κόραι*) *αἰθομέναις ἴκελαι, πυριλαμπέες.* Saepissime vero Manetho: 2, 37. 72. 3, 4. 4, 44. 94. 112. 172. 218. Marcus Argentarius epigr. 10 (antholog. planudeae 5, 16).

v. 20. *μερόπων.* Videtur substantive dixisse: quod recentiorum esse D. Ruhnkenius epist. crit. 1 p. 85 et G. Hermannus ad Orpheum p. 825 docuerunt.

v. 21. *ἀπαμαυρώσει.* Orpheus hymn. 5, 6: *ὅσσων ὃς σκοτόεσσαν ἀπημαύρωσας ὁμίχλην.*

v. 31. *φαίνοπα.* Manetho 4, 239: *Φαίνων τε κατ' αἰθέρα φαίνοπι ῥόμβῳ — βάλῃ.* Librum quartum vero ceteris multo esse recentiorem M. Axtius et A. Rigler accurate ostenderunt: v. eorum prolegom. p. XXXIV.

v. 36. *δικασπολίᾳ.* v. quae ibi adnotavi.

v. 39. *ἀρτίγονον.* cf. locos poetarum ibi adscriptos.

v. 44. *βαρυπάμοσιν.* Suidas 1 p. 953 Bernh.: *βαρυπήμων· ἄθλιος, βεβαρημένος, κακός* (l. *βεβαρ. κακοῖς*). Lex. Bachmanni anecd. p. 177: *βαρυπήμων. ἄθλιος, μεγάλα παθών.*

v. 58. *τηθύν.* De *mari* dixit auctor argonauticorum orphicorum v. 337 et 1109. Priori loco G. Hermannus contulit Archiae epigrammat. 30 v. 8: *πορθμεύσεις τηθύος εἰς πέρατα.* Deinde p. 814 Quinti Smyrnaei locos quatuor posuit. Auctor hymni isiaci etiam plus audaciae sumsit et, si quid recte video, etiam *Δωρίδος* v. 66 appellative dixit. Nec multum differt ea ratio, qua v. 55 Amphitriten et v. 74 Nereum posuit. Similia poetae latini ausi sunt.

v. 64. *οἶδμα καθιππεύοισα.* Oppianus Hal. 2, 515: (*ἰχθύες*) *ἄλλοτε δ' ἄλλῃ κῦμα καθιππεύουσιν.*

v. 69. *πολυκτέανον.* Voce pindarica (Ol. 11, 36: *πατρίδα πολυκτέανον*) saepe recentiores usi sunt: Musaeus v. 125: *μῆνιν ἐμῶν ἀλέεινε πολυκτεάνων γενετήρων.* Tryphiodorus v. 287: *οὐδὲ πολυκτεάνων θαλάμων γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ.*

Nova vocabula haec sunt: *σειστροφόρος* v. 3, *φορβάμων* v. 9, *διφαλέος* v. 10, *ἑλινότροπος* v. 18, *αἰπύνοος* v. 19, *λοξόπορος* v. 30, *δωρησμός* v. 41, *μελάμφαρος* v. 43, *πυρνοτόκος* v. 45, *ὠρυκτάς* v. 47, *φιλεύδιος* v. 55, *μελάμπρωρος* v. 56, *μειδάμων* v. 57, *γλαυκώλενος* v. 58, *μαλοκόμος* v. 74, *ἐριβρεμέθων* v. 76.

Deinde omnis orationis conformatio arguit, qua aetate auctor hymni vixerit. Neque enim nativam illam pulchritudinem sequitur, ut res simpliciter ponat earumque vel gravitate vel amoenitate animos percellat et mulceat, sed verborum artificiose nexorum et soni quadam festivitate aures titillantium copia placere studet.

Summa igitur huius disquisitionis haec est, ut auctorem versuum, de quibus agimus, non ante Nonni tempora vixisse putem.

Lapidem, in quo carmen scriptum est, nobis videri ad aedem Isidis pertinuisse supra diximus. Similiter Pindari hymnus in Iovis Ammonis templo asservabatur. Pausanias 9. 16, 1: *ἀπέπεμψε δὲ ὁ Πίνδαρος καὶ Λιβύης ἐς Ἀμμωνίους τῷ Ἄμμωνι ὕμνον· καὶ οὗτος καὶ ἐς ἐμὲ ἦν ὁ ὕμνος ἐν τριγώνῳ στήλῃ παρὰ τὸν βωμὸν ὃν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου τῷ Ἄμμωνι ἀνέθηκεν.* Et quanquam nunc ipsum aliud exemplum non memini, tamen saepius hoc factum esse coniicias. Nam cum historia literarum graecarum doceat, saepissime hymnos aliaque carmina sacra in usum unius templi composita esse, ut a Musaeo mysteriis phlyensibus Cereris (cf. F. Passov. de Musaeo p. 52 sqq.), haec carmina ab hominibus monumentorum literatorum amantissimis lapidibus vel tabulis aeneis insculpta et publice exposita esse facile credideris.

Sed possumus etiam accuratius indicare, ad cuius exempli normam poeta artem suam in hoc hymno componendo direxerit. Apud Diodorum Siculum enim in libri primi c. 27 haec legimus: *οὐκ ἀγνοῶ δὲ διότι τινὲς τῶν συγγραφέων ἀποφαίνονται τοὺς τάφους τῶν θεῶν τούτων ὑπάρχειν ἐν Νύσῃ τῆς Ἀραβίας, ἀφ' ἧς καὶ Νυσαῖον τὸν Διόνυσον ὠνομάσθαι. εἶναι δὲ καὶ στήλην ἑκατέρου τῶν θεῶν ἐπιγεγραμμένην τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς Ἴσιδος ἐπιγεγράφθαι· Ἐγὼ Ἶσίς εἰμι ἡ βασίλισσα πάσης χώρας, ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ, καὶ ὅσα ἐγὼ ἐνομοθέτησα, οὐδεὶς αὐτὰ δύναται λῦσαι. ἐγώ εἰμι ἡ τοῦ νεωτάτου Κρόνου θεοῦ θυγάτηρ πρεσβυτάτη. ἐγώ εἰμι γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Ὀσίριδος βασιλέως. ἐγώ εἰμι ἡ πρώτη καρπὸν ἀνθρώποις εὑροῦσα. ἐγώ εἰμι μήτηρ Ὥρου τοῦ βασιλέως. ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα. ἐμοὶ Βούβαστος ἡ πόλις ᾠκοδομήθη. χαῖρε χαῖρε Αἴγυπτε ἡ θρέψασά με. Ἐπὶ δὲ τοῦ Ὀσίριδος ἐπιγεγράφθαι λέγεται· Πατὴρ μέν ἐστί μοι Κρόνος νεώτατος θεῶν ἁπάντων, εἰμὶ δὲ Ὄσιρις ὁ βασιλεύς, ὁ στρατεύσας ἐπὶ πᾶσαν χώραν ἕως εἰς τοὺς ἀοικήτους τόπους τῶν Ἰνδῶν καὶ τοὺς πρὸς ἄρκτον κεκλιμένους μέχρι τῶν τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ πηγῶν, καὶ πάλιν ἐπὶ τἄλλα μέρη ἕως Ὠκεανοῦ. εἰμὶ δὲ υἱὸς Κρόνου πρεσβύτατος, καὶ βλαστὸς ἐκ καλοῦ τε καὶ εὐγενοῦς ᾠοῦ σπέρμα συγγενὲς ἐγεννήθην ἡμέρας. καὶ οὐκ ἔστι τόπος τῆς οἰκουμένης εἰς ὃν ἐγὼ οὐκ ἀφῖγμαι, διαδοὺς πᾶσιν ὧν ἐγὼ εὑρετὴς ἐγενόμην. τοσαῦτα τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς στήλαις φασὶ δύνασθαι ἀναγνῶναι, τὰ δ' ἄλλα ὄντα πλείω κατεφθάρθαι διὰ τὸν χρόνον.* Eorum quae in columna isiaca scripta esse dicuntur tam aperta est in hymno imitatio, ut dubitari

nequeat, quin poeta vel hanc Diodori narrationem vel similem secutus sit. Similem dixi: nam v. 3 et qui sequuntur ostendunt, eum aut transtulisse ea quae de sepulcro Isidis nysaeo relata accepisset suo arbitrio Memphim, in sedem sacrorum isiacorum clarissimam, aut, quod a vero videtur propius abesse, similia ibi in sepulcro Isidis scripta esse accepisse. Nam Memphide quoque sepulcrum Isidis religiosissimum fuisse constat: cf. Fr. Creuzer. symbolices vol. 1 p. 411 sq.

Commemorabo denique, quid praeter ipsius rei novitatem me excitaverit, ut in his versibus aliquantum operae impenderem. Multis exemplis constat, templa Deorum Dearumque Graecorum a sanctis sanctabusque ecclesiae christianae occupata esse nominibusque eorum qui colerentur mutatis locorum et simulacrorum sanctitatem durasse. Ita cum primum hos versus vidi, simulacrum Virginis Deiparae Nigrae, quod Eremi Helvetiorum plus semel intuitus eram, religiosissimum recordatus sum. Simulacra enim illa Mariae nigra, quae nunc tot milia hominum quotannis piis precibus adorant et donis sancta venerantur, Isidis quondam fuisse compertum est: ut quis a Germanis, quos Tacitus olim Isidi sacrificare mirabatur (Germ. c. 9), deam aegyptiam etiamnunc coli iure quodam dicere possit.

Emendavi hymnum ut potui. Quae explicare non potuerim vel parum recte emendaverim, ea ab aliis correctum iri spero, maxime vero laetabor, si vel Rossium meum vel alium hominem doctum, cui Andrum adire contigerit, opera mea excitavero, ut in reliqua parte hymni legenda et describenda studium et curam ponat.

Scrib. Turici diebus anniversariis pugnae lipsiensis.

Columna prima.

ΑΙΓΥΠΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΑΛΙΝΟΣΤΟΛΕΥΛΓΟΝΟΕΣΣΑΣ
ΑΥΛΑΚΟΣΑΡΧΑΙΑΜΕΛΕΤΑΙΠΟΛΥΠΥΡΟΣΑΓΥΙΑ
ΣΕΙΣΤΡΟΦΟΡΟΣΒΟΥΒΑΣΤΟΣΑΜΑΛΛΟΤΟΚΟΙΣΙΤΕΜΕΜΦΙΣ
ΓΑΘΟΜΕΝΑΠΕΔΙΟΙΣΙΝΟΠΑΙΣΤΑΛΑΝΑΣΑΛΕΥΤΟΝ
ΕΙΣΕΦΙΛΟΘΡΕΣΚΩΝΙΕΡΟΣΝΟΜΟΣΕΚΒΑΣΙΛΗΩΝ
ΣΑΜΑΤΕΑΣΔΕΣΠΟΙΝΑΜΟΝΑΡΧΕΙΑΣΙΚΕΤΑΙΣΙΝ
ΛΑΟΙΣΑΠΥΟΙΣΑΝΕΓΩΧΡΥΣΟΘΡΟΝΟΣΕΙΣΙΣ
ΡΩΜΑΛΕΑΣΚΑΠΙΤΡΟΙΣΙΝΟΣΑΝΠΥΡΙΛΑΜΠΕΟΣΑΚΤΕΙΣ
ΛΕΛΙΩΣΕΛΑΓΕΣΚΕΒΟΛΑΙΣΦΟΡΒΑΜΟΝΑΓΑΙΑΝ
ΔΕΙΦΑΛΕΩΔΕΡΜΑΝΟΣΑΠΟΚΡΥΦΑΣΥΜΒΟΛΑΔΕΛΤΩΝ
ΕΥΡΟΜΕΝΑΓΡΑΦΙΔΕΣΣΙΚΑΤΕΞΥΣΑΤΑΙΣΙΧΑΡΑΞΑΣ
ΦΡΙΚΑΛΕΟΝΜΥΣΤΑΙΣΙΕΡΟΝΛΟΓΟΝΟΣΣΑΤΕΔΑΜΟΣ
ΑΤΡΑΠΟΝΕΣΚΟΙΝΑΝΚΑΤΕΘΗΚΑΤΟΠΑΝΤΑΒΑΘΕΙΑΣ

Vers. 1. Similiter Philippus Thessalonicensis epigr. 10, 1. (anthol. planud. 6, 231): *Αἰγύπτου μεδέουσα μελαμβώλου, λινόπεπλε δαῖμον.* — *λινόστολε*] vox nova, nisi quod eam L. Struvius iure videtur in orac. Sibyll. 5 p. 640 restituisse: *καί τις ἐρεῖ τῶν ἱερέων λινόστολος ἀνήρ.* Sed cf. Plutarchus de Is. et Osir. c. 3 (p. 332. B): *οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, ὦ Κλέα, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν οὔτ' Ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι καὶ ξύρησις.* Manetho 4, 344: *μεθόδῳ τε λινοστολίης προφέροντας.*

v. 2. *ἀγυιά*] de *urbe* dixit Pindarus N. 7, 92: *ἐν τίν κ' ἐθέλοι — εὐτυχῶς ναίειν — προγόνων ἐϋκτήμονα ζαθέαν ἀγυιάν.* O. 9, 34: (*Ἀΐδας*) *κοίλαν κατάγει πρὸς ἀγυιάν θνησκόντων.*

v. 3. Bubastis ab Iside condita esse dicebatur: Diod. Sic. 1, 27. Memphide sepulcrum Isidis fuisse supra monui

v. 5. *φιλοθρέσκων*] ne *φιλοθρήσκων* corrigerem, glossae Hesychii fecerunt (vol. 1 p. 1730): *Θρεσκή. ἁγνή. πάντα εὐλαβουμένη. Θρεσκός. περιττός.*

Aegypti regina linigera, tua est urbs vetere glebae foecundae cultura affluens frumento, Bubastus sistrifera, ac Memphis mergitum feracibus arvis laeta, ubi columnam inconcussam statuit religiosorum lex sacra regum, tui, domina, documentum imperii supplicibus.

Columna prima.

Αἰγύπτου βασίλεια λινόστολε, σὰ γονοέσσας
αὔλακος ἀρχαίᾳ μελέτᾳ πολύπυρος ἀγυιά,
σειστροφόρος Βούβαστος, ἀμαλλοτόκοισί τε Μέμφις
γαθομένα πεδίοισιν, ὅπᾳ στάλαν ἀσάλευτον
εἷσε φιλοθρήσκων ἱερὸς νόμος ἐκ βασιλήων,
σᾶμα τεᾶς, δέσποινα, μοναρχίας ἱκέταισιν.
Λαοῖς ἀπύοισα λέγω, χρυσόθρονος Ἶσις,
ῥωμαλέα σκάπτροισιν, ὅσαν πυριλαμπέος ἀκτὶς
ἀελίω σελάγεσκε βολαῖς φορβάμονα γαῖαν.
διφαλέω δ' Ἑρμᾶνος ἀπόκρυφα σύμβολα δέλτων
εὑρομένα γραφίδεσσι κατέξυσα, ταῖσι χάραξα
φρικαλέον μύσταις ἱερὸν λόγον, ὅσσα τε δᾶμος
ἀτραπὸν ἐς κοινὰν κατεθήκατο, πάντα βαθείας

δεισιδαίμων. cf. Bekk. anecd. p. 99, 26. Phavorin. lex. p. 908, 23. Etym. M. p. 455, 15.

v. 9. *σελάγεσκε*] possis *σελαγέεσκε* requirere, sed cf. quae F. Spitzner collegit de versu Graecor. heroico p. 214 sq.

v. 10. *διφ. δ' Ἑρμ.*] Diod. l. d. *ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ.* Hermes vero literas iuvenisse credebatur: Diod. 1, 16. — *διφαλέος* vox nova, a v. *διφᾶν* derivata. — *Ἑρμᾶνος* (cf. Sturz. de dial. gr. p. 245 sq.) Baitero debeo.

v. 11. *κατέξυσα*] Lucian. Nigr. 27: *σιδήρῳ τὰς ἐπιφανείας αὐτῶν καταξύοντες.* — Notissima illa (Hom. Il. 6, 169): *γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.* — *χάραξα*] Σ lapicida simili versuum proximorum exitu deceptus addidit.

v. 12. Dubito, utrum ea quae sequuntur ad tria literarum aegyptiarum genera, hieroglyphicum hieraticum demoticum, pertineant an res sacrae publicae privatae distinguantur. Fortasse utrumque intelligendum est.

Ad gentes clarisona voce loquor, Isis aurato sedens solio, sceptris potens, quaqua ignicorusci radius solis collustraverit iactibus almam tellurem. Sagacis vero Hermae secretas pugillarium notas nacta insculpsi stilis, quibus exaravi sacra effata mystis horrenda, et quidquid populus in communi semita posuit, ex pectore profundo

ΕΚΦΡΕΝΟΣΤΦΑΝΑΣΑΔΙΑΚΡΙΔΟΝ'ΑΔΕΤΤΡΑΝΝΩΝ
ΠΡΕΣΒΑΚΡΟΝΩΘΤΓΑΤΗΡΕΙΣΙΣΔΑΜΑΡΕΤΡΤ . . .
ΕΜΜΙΠΟΛΤΖΑΛΩΤΟΣΟΣΕΙΡΙΔΟΣ'ΩΠΟΤΟ . . . .
ΤΑΝΑΤΤΑΝΑΝΕΑΤΣΑΓΕΝΕΘΛΙΟΝ . . . .
ΒΡΙΘΟΜΕΝΑΣΟΒΑΡΟΙΣΕΛΙΝΟΤΡΟΠΟΣ . . . . . .
ΑΙΠΤΝΟΩΒΑΣΙΛΗΙΟΣΟΝΩΙ\ΝΟΣΕΙΓΡΕΣ . . . .
ΘΕΣΜΟΘΕΤΙΣΜΕΡΟΠΩΝΓΩΣ . . . .
ΟΤΔΑΠΑΜΑΤΡΩΣΕΙ . . . .
ΕΝΠΕΤΑΣΕΙΛΑ . . . .
ΑΣΤΡΟΦΟΡΟΙ . . . .
ΘΗΛΤΤΕΓΑΡ . . . .
ΕΞΕΚΑΜΟΝ . . . .
ΕΙΣΙΣΕΓΩΠΟΛΤΒΟΤΛΟΣ . . . .
ΚΑΙΧΘΟΝΑΜΤΔΑΛΕΑΝ . . . .
ΕΣΚΡΙΣΙΝΩΙΑΝΙΟΙΣΙΚΑ . . . ΧΙΟΝ . . ΟΣ . . . .
ΑΤΡΑΠΙΤΟΝΠΛΑΓΚΤΕΙ . . . .
ΛΟΞΟΠΟΡΟΤΣΕΛΑΓΕΣ . . . . ΑΚΑΙΠΤΡΟΕΝΤΩΝ

v. 14. si cui duorum adverbiorum quae sunt *εὐ* et *διακριδὸν* coniunctio displicuerit, *ἐκφάνασα* scribere poterit. — *τυράννων* pendet ex eo quod praecedit *λόγον*.

v. 15 sqq. Diodorus l. d. *ἐγώ εἰμι ἡ τοῦ νεωτάτου Κρόνου θεοῦ θυγάτηρ πρεσβυτάτη. ἐγώ εἰμι γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Ὀσίριδος βασιλέως.*

v. 15. Pindarus O. 8, 31: *εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν.*

v. 16 sq. Plutarchus de Isid. et Osir. c. 12 p. 355, D. sqq. Diod. Sic. 1, 13. F. Creuzer. Symb. 1 p. 259 sqq. Possis *ἐκ γενετείρας* addendo v. 17. complere.

v. 18. De cincinnis Isidis cf. Boettiger. script. min. 3 p. 268 sq. — *ἐν* quod addidi tuebuntur exempla a G. Bernhardy Eratosth. p. 183 et synt. gr. p. 212 sq. collecta. Addo Eumolpi versum apud Diodor. 1, 11: *ἀστροφαῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν.*

v. 19 *αἰπυνόῳ*] cf. Aeschyli Prom. v. 18: *τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ.*

v. 20. Diod. 1, 14: *θεῖναι δέ φασι καὶ νόμους τὴν Ἶσιν, καθ' οὓς ἀλλήλοις διδόναι τοὺς ἀνθρώπους τὸ δίκαιον καὶ τῆς ἀθέσμου βίας καὶ ὕβρεως παύσασθαι διὰ τὸν ἀπὸ τῆς τιμωρίας φόβον. διὸ καὶ τοὺς παλαιοὺς Ἕλληνας τὴν Δήμητραν θεσμοφόρον ὀνομά-*

---

clare proferens omnia et distinctim, tyrannorumque dicta. Croni filia maxima, Isis, coniux late [potentis] sum Osiridis multum aemulanda, cui [comes] olim eodem natali [ex utero matris] prodii, onusta luxuriantibus vitis instar [cincinnis]. Quae vero celsanimo regi in corde mens [excogitavisset], ea, hominibus ego legifera, [sanxi], nec [aevi diuturnitas ea] obscurabit. In pelago [vasto et in terra animantium altrice et in coeli] sideriferis [plagis

ἐκ φρενὸς εὖ φάνασα διακριδόν, ἁδὲ τυράννων.
Πρέσβα Κρόνω θυγάτηρ, Ἶσις, δάμαρ εὐρυ[μέδοντος]
ἐμμὶ πολυζάλωτος Ὀσίριδος, ᾧ ποτ' ὀ[παδός]
τὰν αὐτὰν ἀνέδυσα γενέθλιον . . . . . . ,
βριθομένα σοβαροῖς ἑλικότροπος [ἐν πλοκάμοισιν.]
αἰπυνόῳ βασιλῆϊ δ' ὅσον μένος ἐν φρεσὶ[ν ἔγνω,]
θεσμοθέτις μερόπων . . . .
οὐδ' ἀπαμαυρώσει . . . .
ἐν πελάγει . . . .
ἀστροφόροι . . . .
θῆλύ τε γὰρ . . . .
ἐξέκαμον . . . .
Ἶσις ἐγὼ πολύβουλος . . . .
καὶ χθόνα μυδαλέαν . . . .
ἐς κρίσιν ὠρανίοισι . . . .
ἀτραπιτὸν πλαγκτὴν . . . .
λοξοπόρου σέλας . . . . καὶ πυροέντων

ζειν, ὡς τῶν νόμων πρῶτον ὑπ' αὐτῆς τεθειμένων. cf. v. 53 sq.

v. 21. Diodorus l. d. καὶ ὅσα ἐγὼ ἐνομοθέτησα, οὐδεὶς αὐτὰ δύναται λῦσαι.

v. 22 sqq. L. Apuleius 11, 5 (p. 761 Oud.): *En adsum, tuis commota, Luci, precibus, rerum naturae parens, elementorum omnium domina, seculorum progenies initialis, summa luminum, regina Manium, prima coelitum, deorum dearumque facies uniformis, quae coeli luminosa culmina, maris salubria flamina, inferum deplorata silentia nutibus meis dispenso.*

v. 24. Plutarchus de Isid. et Osir. c. 43 (p. 368. D): διὸ καὶ μητέρα τὴν σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυν οἴονται.

v. 28. Similia fere dixerit iis, quae Aratus habet v. 10: αὐτὸς γὰρ τά γε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν ἄστρα διακρίνας.

v. 29. De planetarum cursu intelligo.

v. 30. Zodiacum commemoravit, quem Graeci κύκλον λοξὸν appellabant: cf. R. Balfor. ad Cleomed. 1, 4 p. 315 sqq. Aratus v. 526: ὁ δὲ τέτρατος (κύκλος) ἐσφήκωται λοξὸς ἐν ἀμφοτέροις. v. 532: πλαγίῳ συναρηρότα κύκλῳ.

---

certis legibus omnia ordinavi]. Femineum enim [et masculum in me consociata habens] effeci [hunc rerum cursum nascendi et moriendi vicibus semper duraturum]. Isis ego consiliosa [aërem temperavi] et tellurem humidam, [atque temporum anni accuratum] in discrimen coelestibus [sideribus sedes fixi aliis, aliis] errabundum iter [praescripsi utque moveatur per circulum] obliquum splendor eorum perfeci et igneorum

ΑΕΛΙΟΝΠΩΛΩΝΑΓΗΤΟΡΑΦΑΙΝΟΝΑΚΥΚΛΩΝ
ΕΣΠΟΛΟΝΕΙΘΥΝΕΣΚΟΝΑΝΕΥΚΟΣΜΟΙΣΙΠΟΡΕΙΑΙΣ
ΑΞΟΝΕΣΙΛΙΓΓΟΙΣΙΠΕΡΙΚΤΥΠΕΟΝΤΙΔΙΑΥΛΩ
ΝΥΚΤΑΔΙΑΚΡΕΙΝΩΣΙΝΑΠΗΜΑΤΟΣΑΔΕΘΑΛΑΣΣΑΣ
ΠΡΑΤΟΝΕΝΑΝΘΡΩΠΟΙΣΙΠΕΡΑΣΙΜΟΝΗΝΕΣΑΜΟΧΘΟΝ
ΑΔΕΔΙΚΑΣΠΟΛΙΑΙΡΩΜΑΝΠΟΡΟΝ·ΑΔΕΓΕΝΕΘΛΑΣ
ΑΡΧΑΝΑΝΔΡΙΓΥΝΑΙΚΑΣΥΝΑΓΑΓΟΝΕΥΤΕΣΕ..ΤΑΣ
ΕΣΔΕΚΑΤΑΝΑΨΕΙΛΑΤΕΘΑΛΟΤΟΣΑΡΤΙΟΝΕΡΓΟΥ
ΦΕΓΓΟΣΕΠΑΡΤΙΓΟΝΟΝΒΡΕΦΟΣΑΓΑΓΟΝΑΔΕΓΟΝΝΙΩΝ
ΑΞΟΜΕΝΩΣΤΙΜΑΝΕΤΙΝΗΠΙΑΧΩΣΥΠΟΜΑΖΩΙ
ΔΩΡΙΣΜΟΙΣΕΔΙΔΑΞΑΜΕΛΙΦΡΟΣΙ · ΦΟΙΤΑΔΙΔΟΡΓΑΙ
ΜΑΝΙΝΕΡΕΙΣΑΜΕΝΑΜΥΚΑΜΩΝΟΣΑΧΡΙΣΕΠΕΥΝΑΣ
ΑΙΔΟΣΗΠΕΙΛΗΣΑΜΕΛΑΜΦΑΡΟΝΤΕΒΕΡΕΘΡΩΝ
ΑΣΤΟΡΓΟΙΣΦΥΛΑΚΑΝΒΑΡΥΠΑΜΟΣΙΝΕΜΜΙΔΑΡΟΥΡΑΣ

v. 32. *πόλον*] *orbem* Auctor Epinomidis p. 986. C de planetis: *μήτε τινὰ χρόνον, ἐν ᾧ διεξέρχεται τὸν αὑτοῦ πόλον.*

v. 33. *διαύλῳ*] *cursu reciproco.* Eurip. Hecub. 29: *διαύλοις κυμάτων φορούμενος.* Ez. Spanheim ad Callim. Lav. Pall. 23. Hic de curriculo, quod sol cursu reciproco emetitur, dictum est.

v. 35. Naves Isis invenisse credebatur eiusque rei memoria a. d. III. Nonas martias celebrabatur, cui diei nomen erat *Navigium Isidis.* cf interpp. Apuleii p. 786 Oud. et Iacobus Grimmius mythologiae Germanorum p. 157 sqq. — *περάσιμον* Euripides usurpavit, frgm. apud Stob. floril. 40, 9: *ἅπας μὲν ἀὴρ ἀετῷ περάσιμος.* Hic vero per hypallagen quandam *θαλάσσας μόχθος περάσιμος* dicitur, cum exspectares *θαλάσσης περασίμου μόχθον.* — Possis *ἤνυσα* coniicere, sed *ἤνεσα* videtur ferri posse.

v. 36. cf. Diodori 1 ad v. 20 adscriptum. — *δικασπολία* quoque ex iis est vocabulis, quae recentiores demum usurparunt. Manetho 2, 261: *ἔν τε δικασπολίῃσιν ἐριδμαίνοντας ἔπεσσιν.* Orphei, Agathiae, Pauli Silentiarii locos editores thesauri stephaniani indicaverunt. — *γενέθλας ἀρχάν*] Eurip. Orest. 1105: *Ἑλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν.* Similia exempla multa collegit Bernhardy s. gr p. 127.

v. 38. *ἐς δεκάταν ἀψῖδα*] mensem decimum partui legitimum Graeci et Romani habebant: cf. intpp. A. Gellii 3, 16. G. Rein. de iure Romanorum privato p. 215.

v. 39. *ἀρτίγονον*] Nicander fragm. 2 v. 34: *ἀρτίγονοι δὲ εἶδοντ' ἠμύουσαι ἀεὶ κύλικες στομίοισιν.* Oppianus Cyneget. 3, 107: *ἦ ῥα τόσον τεκέων τε καὶ ἀρτιγόνοιο γενέθλης φίλτρον ἐνὶ κραδίῃ στάξεν*

---

rectorem equorum solem in lucentem circulorum rotationem direxi, ut bene ordinatis cursibus axes verticibus suis in curriculo circumsono noctem discernant a die, atque maris traiiciendi laborem primum hominibus commendavi, atque iurisdictioni robur addidi, atque, generationis initium, virum ad feminam adduxi et, postquam ordine usque ad decimam lunae

ἀέλιον πώλων ἀγήτορα φαίνοπα κύκλων
ἐς πόλον ἰθύνεσκον, ἵν' εὐκόσμοισι πορείαις
ἄξονες ἰλίγγοισι περικτυπέοντι διαύλῳ
νύκτα διακρίνωσιν ἀπ' ἤματος, ἀδὲ θαλάσσας
πρᾶτον ἐν ἀνθρώποισι περάσιμον ἤνεσα μόχθον,
ἀδὲ δικασπολίᾳ ῥώμαν πόρον, ἀδὲ — γενέθλας
ἀρχάν — ἀνδρὶ γυναῖκα συνάγαγον εὖ τε σελάνας
ἐς δεκάταν ἀψῖδα τεθαλότος ἄρτιον ἔργου
φέγγος ἐπ' ἀρτίγονον βρέφος ἄγαγον, ἀδὲ γονήων
ἀζομένως τιμὰν ἔτι νηπιάχως ὑπὸ μαζῷ
δωρησμοῖς ἐδίδαξα μελίφροσι, φοιτάδι δ' ὀργᾷ
μᾶνιν ἐρεισαμένᾳ μεταμώλιος ἄχρις ἐπ' εὐνάς
αἰνῶς ἠπείλησα μελάμφαρόν τε βερέθρων
ἀστόργοις φυλακὰν βαρυπάμοσιν. ἐμμὶ δ' ἀρούρας

θεός. Antiphilus anthol. planud. 6, 252: (*μῆλον*) *ἄσπιλον, ἀρρυτίδωτον, ἰσόχνοον ἀρτιγόνοισιν.* — *γονήων*] cf. v. 5 *βασιλήων.*

v. 40. *ἀζομένως*] Ξ et Z in lapidibus saepe commutari I. Franzius exemplis docet epigraph. p. 249. — Quod vero poeta dixit *ἀζομένως ἐδίδαξα*, nota sunt illa *αὐλητήν τινα διδάσκειν* et similia (Bernhardy s. gr. p. 126). Sensus igitur hic est: lac mammae maternae dulce praebendo effeci, ut iam infantes pietatis erga parentes sensu afficiantur.

v. 41. *δωρησμοῖς*] novum vocabulum ea forma finxit, quam recentiores saepissime usurpant: cf. *κροτησμός. λοιδορησμός. ἀγαπησμός. μελλησμός.* Buttm. gr. gr. 2 p. 314. Lobeck. ad Phrynich. p. 511 et paralipomenon gramm. gr. p. 397 sq.

v. 42. Haec inconstantia, ut modo *ἀζομένως νηπιάχως νάσως* (v. 70.), modo *μεταμώλιος* legamus, metri necessitate excusatur. Eadem est apud Theocritum.

v. 44. De hac poena amoris expertibus irrogata nihil memini me legere. *βαρυπάμοσιν* per prolepsin additum est. — *ἐμμὶ δ'* etc.] Diod. Sic. 1, 14: *πρῶτον μὲν γὰρ* (Osirin) *παῦσαι τῆς ἀλληλοφαγίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, εὑρούσης μὲν Ἴσιδος τόν τε τοῦ πυροῦ καὶ τῆς κριθῆς καρπόν, φυόμενον μὲν ὡς ἔτυχε κατὰ τὴν χώραν μετὰ τῆς ἄλλης βοτάνης ἀγνοούμενον δὲ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, τοῦ δὲ Ὀσίριδος ἐπινοησαμένου καὶ τὴν τούτων κατεργασίαν τῶν καρπῶν. ἡδέως δὲ* (particulam L. Dindorfius iniuria delevit) *μεταθέσθαι πάντας τὴν τροφὴν διά τε τὴν ἡδονὴν τῆς φύσεως τῶν εὑρεθέντων καὶ διὰ τὸ φαίνεσθαι συμφέρον ὑπάρχειν ἀπέχεσθαι τῆς κατ' ἀλλήλων ὠμότητος.* Cf. de Iside frugifera U. Fr. Koppius palaeographiae 3. 2, 8 p. 648.

coniunctionem opus laete effloruit, ad lucem foetum modo generatum produxi, atque parentium ut honorem revereantur ad mammam adhuc infantes donis edocui mentem laetificantibus, lascivae vero libidini, ad vanos usque concubitus nitenti, iram graviter comminata sum et expertibus amoris atratam voraginum custodiam gravia perpessuris. Sum autem telluris

ΠΥΡΝΟΤΟΚΩΜΕΔΕΟΙΣΑΔΑΙΞΑΝΔ . ΩΝΑΠΟΜΕΙΡΩΝ
ΕΧΘΟΜΕΝΑΝΒΡΩΜΑΝΑΝΦΩΑΑΔΕΣΕΣΤΥΣΟΝΑΡΚΤΟΙ
ΤΑΝΑΥΚΟΣΩΡΥΚΤΑΣΑΙΜΩΙΤΕΘΟΩΙΜΕΝΟΣΑΑΚΑΝ

Columna quarta.

ΑΕΛΙΩΒΑΣΙΛΗΙΟΝΟΜΑΙΣΥΝ . . . .
ΚΑΙΜΕΚΛΑΕΥΣΙΠΑΡΕΔΡΟΝ : ΕΛΑ . . . . . .
ΣΥΝΦΕΡΟΜΑΚΤΕΙΝΕΣΣΙΚΑΤΩ . . . .
ΟΣΣΑΔΕΜΟΣΓΝΩΜΩΝΝΟΟΣΕΙΣΙΔ . . . .
ΕΣΠΕΡΑΣΙΘΥΝΩ˪ΤΑΔΥΠΕΙΡΟΧΟΠΑΝΚΑΙΣ . . . .
ΚΥΡΟΣΥΠΟΚΛΑΖΟΙΣΥΠΑΤΑΝΒΑΣΙΛΗΙΔΑΤΕ . . . .
ΠΤΗΣΣΟΝΟΔΜΕΤΕΡΑΝΔΕΣΜΩΝΔΑΕΚΟΥΣΑΝΑΙ . .
ΑΝΑΥΩ˪ΠΑΩΤΑΔΕΦΙΛΕΥΔΙΟΣΑΜΦΙΤΡΙΤΑ
ΝΗΥΣΙΜΕΛΑΜΠΡΩΡΟΙΣΙΝΥΠΑΙΠΑΧΝΩΔΕΟΣΑΥΧΜΩ
ΑΝΙΚΑΜΕΙΔΑΜΩΝΙΑΑΡΑΝΕΡΥΘΟΙΣΑΠΑΡΕΙΑΝ
ΑΜΠΕΤΑΣΩΤΡΙΟΥΝΓΑΑΥΚΩΛΕΝΟΝ . ΕΝΔΕΠΕΡΗΤΟΙΣ

v. 45. *πυρνοτόκω*] Homer. Od. 17, 361: (*Ἀθήνη*) *ὤτρυν'*, *ὡς ἂν πύρνα κατὰ μνηστῆρας ἀγείροι*. ubi scholium legitur: *πύρνα*] *πύρινα σιτία*. cf. interpp. ad Hesychii glossam: *πύρνα· σιτία*. — Quae sequuntur emendavi ut potui. Certe sensum mihi videor attigisse, collato Diodori loco, quem modo adscripsi.

v. 46. *ἔστυγον*] Homerus Od. 10, 113: *κατὰ δ' ἔστυγον αὐτήν*.

v. 47. *τεθοωμένος*] Hesych. *τεθοωμένον· ὠξυμμένον*. Nicander Ther. 227: (*ἔχις*) *αὐτὰρ ἐνωπῆς γλήνεα φοινίσσει τεθοωμένος* Schol. *παρωξυμμένος*. Oppianus Hal. 1, 557: *ἤτοι ὁ μὲν* (*ὄφις*) *φλογέῃ τεθοωμένος ἔνδοθι λύσσῃ μαίνεται εἰς φιλότητα*. 2, 525: *σεύονται λύσσῃ τεθοωμένοι* (*βόες*).

v. 48. *βασιλῆον*] Melinno carm. in Romam v. 6 (Schneidewini delect. p. 455): *κῦδος ἀρρήκτω βασιλῆον ἀρχᾶς*.

v. 51. *γνώμων*] *prudens*. cf. Fr. Ellendt. lex. sophoclei 1 p. 373.

v. 52. Cum literae h. v. ultimae, quas Rossius in lapide sibi videbatur eruere posse, omnem probabiliter corrigendi conatum eluderent, posui quod sensui satisfaceret: nam *κῦρος ὑπ' ὀκλάζουσ'* et *πτήσσονθ'* certa esse dixerim. Pluralem numerum verbi apud poetam huius aetatis nemo mirabitur.

---

frugiparae dominatrix et sustuli ex hominibus mutuam ipsorum odiosam devorationem, quam ursi horrent latibulis conditi horretque accenso fame robore lupus ululator.

Columna quarta.

Cum sole regiam simul [dignitatem teneo] eiusque me praedicant assestricem: emetientis [vero certum cursum] cum radiis feror, [terraeque vim vitalem affero]. Quae-

πυρνοτόκω μεδέοισ' ἀδ' ἄρ' ἀνδρῶν ἀπ' ἀμοιβόν
ἐχθομέναν βρώμαν, ἃν φωλάδες ἔστυγον ἄρκτοι,
τὰν λύκος ὠρυκτάς, λιμῷ τεθοωμένος ἀλκάν.

Columna quarta.

ἀελίῳ βασιλῆον ὁμᾷ . . . .
καί με καλεῦσι πάρεδρον· ἐλα[υνομένω . . . .
συμφέρομ' ἀκτίνεσσι κάτω . . . . . .
ὅσσα δ' ἐμὸς γνώμων νόος Ἴσιδ[ος ἐξανέφανεν,]
ἐς πέρας ἰθύνω, τὰ δ' ὑπείροχον [ἄσμενα πάντα]
κῦρος ὑπ' ὀκλάζουσ', ὑπάταν βασιλήϊδ' ἀτε[ιρῆ]
πτήσσονθ' ἁμετέραν, δεσμῶν δ' ἀέκουσαν ἀ[νάγκην]
ἀλλύω. Πλωτὰ δὲ φιλεύδιος Ἀμφιτρίτα,
νηυσὶ μελαμπρώροισιν ὑπαὶ παχνώδεος αὐχμῶ,
ἀνίκα μειδάμων, ἱλαρὰν ἐρύθοισα παρείαν,
ἀμπετάσω τηθὺν γλαυκώλενον· ἐν δ' ἀπεράτοις

v. 53. *ἀτειρῆ* supplentis animo obversabantur homerica *μένος αἰὲν ἀτειρής* (Odyss. 11, 270).

v. 54. *πτήσσονθ'* suppeditavit mihi Baiterus meus. — *ἀέκουσαν*] vocis de *rebus*, quae nobis invitis fiant, usurpatae exempla collegit E. Wunder. ad Soph. Oedip. R. 1206.

v. 55. *ἀλλύω*] Homerus Od. 2, 105: *νύκτας δ' ἀλλύεσκεν.* — *φιλεύδιος*] Theocrit. 22, 19: *λιπαρὰ δὲ γαλάνα ἀμ πέλαγος· νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι· ἐκ δ' ἄρκτοι τ' ἐφάνησαν, ὄνων τ' ἀνὰ μέσσον ἀμαυρὴ φάτνη σημαίνοισα τὰ πρὸς πλόον εὔδια πάντα.*

v. 56. *μελαμπρώροισιν* effictum est ad exemplum vocis homericae *κυανόπρωρος*, de cuius usu Grashofium exposuisse (de nave homerica p. 15 sqq.) scribit C. B. Hasius thes. steph. 4 p. 2049

v. 57 videtur ad rerum naturam verno tempore laete efflorescentem referendum esse: cf. v. 34.

v. 58. De voce quae est *τηθὺς* supra explicavi p. 11. *Caerulea* vero brachia tendere mare dicitur ad exemplum homericum. Iliad. 16, 34: *γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα.* — *ἀμπετάσω* quidem velorum mentionem requirere videbatur, sed primum literae *ΤΡΙΟΤΝ* in vela transformari recusabant, deinde v. 63 obstabat. Recte vero etiam pelagi undae expandi dicuntur.

---

cunque autem mens mea Isidis prudens [decreverit], ad finem perduco; ac res [omnes sponte] celsae majestati se submittunt, supremam dignitatem regiam invictam trementes nostram, vinculorum vero invitam necessitatem dissolvo. Navigabilis vero est sereni amans Amphitrite navibus proras prae squalore frigoribus densato atras habentibus, quando ridibunda, hilares rubens genas, expando aequora ponti caerulea tendentia brachia. Per inaccessa

ΒΕΝΘΕΣΙΝΑΣΤΙΒΕΑΠΑΑΓΚΤΑΝΟΔΟΝΕΥΤΕΜΕΘΥΜΟΣ
ΚΟΡΟΥΣΗΙΚΛΟΝΕΩ . ΠΑΝΤΑΙΔΕΜΕΛΑΝΘΕΙΡΟΙΣΩΙ
ΣΠΕΡΧΟΜΕΝΟΣΒΑΡΥΠΟΝΤΟΣΕΝΙΣΠΗΛΥΓΞΒΑΘΕΙΑΙΣ
ΜΥΚΑΤΕΣΑΔΥΤΩΝ . ΠΡΑΤΑΔΕΠΙΣΕΛΜΑΤΙΔΟΥΡΩΝ
ΚΟΛΠΩΤΑΝΟΘΟΝΑΙΣΙΘΟΑΝΤΡΟΠΙΝΙΘΥΝΕΣΚΟΝ
ΟΙΔΜΑΚΑΘΙΠΠΕΥΟΙΣΑ . ΔΑΜΑΖΟΜΕΝΑΣΔΕΘΑΛΑΣΣΑΣ
ΩΚΥΠΟΡΟΙΣΕΛΑΤΑΙΣΕΛΙΚΑΝΕΣΤΑΣΕΧΟΡΕΙΑΝ
ΔΩΡΙΔΟΣΕΥΛΟΧΙΛ . ΠΕΡΙΠΑΛΛΕΤΟΔΕΝΦΡΕΣΙΘΑΜΒΟΣ
ΕΙΡΕΣΙΑΝΑΔΑΗΤΟΝΕΤΟΟΜΑΣΙΠΑΠΤΑΙΝΟΙΣΑΙΣ
ΙΣΙΣΕΓΩΠΟΛΕΜΩΚΡΥΕΡΟΝΝΕΦΟΣΕΡΚΕΣΙΜΟΧΘΩΝ
ΑΜΦΕΒΑΛΟΝΚΛΗΙΖΟΙΣΙΠΟΛΥΚΤΕΑΝΟΝΒΑΣΙΛΕΙΑΝ
ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΝ . ΝΑΞΩΣΔΕΒΑΘΥΝΟΜΕΝΑΣΑΠΟΡΙΖΑΝ
ΕΣΦΛΟΣΕΚΒΥΘΙΑΣΠΟΤΑΝΑΓΑΓΟΝΙΑΥΟΣΑΥΤΑ
ΩΡΕΑΚΑΙΠΕ . . . . ΝΣΠΟΡΙΜΑΝΒΑΣΙΝΟΡΓΑΔΑΤΑΚΡΑΙΣ
ΣΤΗΡΙΚΤΑΙ . . . . ΡΟΝΥΠΕΡΤΕΙΝΟΙΣΑ . ΒΟΑΥΛΟΙΣ
ΜΑΛΟΚΟΜΟΙ . . . . ΑΝΕΠΑΦΡΙΘΕΝΤΙΔΕΝΗΡΕΥΣ

v. 60. *κορθύσῃ*] Hesiodus Θ. 853: *Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν κόρθυνεν ἑὸν μένος, εἵλετο δ' ὅπλα.* Hesychius: *κορθύεται· διεγείρεται, καὶ εἰς ὕψος αἴρεται, μετεωρίζεται, φρίσσει, ὑψοῦται.* — *ῥοίσῳ* fortasse relinqui poterat, collatis iis quae de promiscuo literarum Σ et Z usu apud recentiores I. Franzius exposuit epigraph. p. 247.

v. 63. De Iside velifica s. Pharia cf. Fr. Creuzer. symbol. 1 p. 320 sq. C. O. Müller. archaeolog. §. 408, 3. Boettiger. script. min. 3 p. 378.

v. 65. *ἑλικὰν*] Callimachus frgm. 290: *Αἰσήπου ἔχεις ἑλικώτατον ὕδωρ* (sic enim testimoniis quae Blomfieldius adscripsit inter se collatis scribi oportet), quod Schol. Soph. Aiac. 372 bene interpretatur: *τὸ ἑλικοειδῆ ἔχον τὴν ῥεῦσιν.* — *ἔστασε χορείαν*] cf. oracula apud Demosth. orat. 21 §. 53: *κρατῆρα κεράσαι καὶ χοροὺς ἱστάναι* (cl. §. 52) et orat. 43 §. 66. Navium vero saltatio videtur ad festos dies sub veris initium celebratos referendum esse, quibus *Navigium Isidis* nomen fuisse supra dixi.

v. 66. Doris Nerei uxor: Hesiod. Θ. 240 sqq. Nonnus Dionys. 1, 64. Metonymice Doridem de mari dixit Virgilius Eclog. 10, 5: *Doris amara suam non intermisceat undam.*

profunda, ubi animus me extulerit, viam inviam persequor errabundam; aestu vero atro colore efflorescente graviter irascens pontus in altis recessibus mugit ex adytis. Prima autem in transtro ligneo celerem navem linteis sinuatam direxi fluctus perequitans, domito vero mari velocibus carinis Doridis pietas volubilem agebat choream ac stupore animi palpitabant invisam adhuc remigationem oculis pavide intuentes.

βένθεσιν ἀστιβέα πλαγκτὰν ὁδόν, εὖτέ με θυμός
κορθύσῃ, κλονέω· παντᾷ δὲ μελανθεῖ ῥοίζῳ
σπερχόμενος βάρυ πόντος ἐνὶ σπήλυγξι βαθείαις
μυκᾶτ' ἐξ ἀδύτων· πράτα δ' ἐπὶ σέλματι δούρων
κολπωτὰν ὀθόναισι θοὰν τρόπιν ἰθύνεσκον,
οἶδμα καθιππεύοισα, δαμαζομένας δὲ θαλάσσας
ὠκυπόροις ἐλάταις ἑλικὰν ἔστασε χορείαν
Δωρίδος εὐλογία· περιπάλλετο δ' ἐν φρεσὶ θάμβος
εἰρεσίαν ἀδάητον ἔτ' ὄμμασι παπταινοίσαις.
Ἶσις ἐγὼ πολέμω κρυερὸν νέφος ἔρκεσι μόχθων
ἀμφέβαλον, κλῄζοισα πολυκτέανον βασιλείαν
θεσμοφόρον. Νάσως δὲ βαθυνομένας ἀπὸ ῥιζᾶν
ἐς φάος ἐκ βυθίας ποτ' ἀνάγαγον ἰλύος αὐτά,
ὤρεα καὶ πε[δίω]ν σπορίμαν βάσιν, ὀργάδα τ' ἄκραις
στηρικταῖ[ς ζείδω]ρον ὑπερτείνοισα, βοαύλοις
μαλοκόμοι[ς τε πρέπουσ]αν· ἐπ' ἀφριόεντι δὲ Νηρεύς

v. 68. μόχθων non cum eo quod proxime praecedit ἔρκεσι coniungendum esse, sed ex v. νέφος pendere sensus docet.

v. 70. Insularum ex profundo maris sublatarum mentio videtur docere, hymnum in usum ipsum Andriorum, hominum insularium, compositum esse. Etiam ea quae sequuntur insularum potissimum naturae conveniunt. Similiter Callimachus de Delo insula (4, 11 sqq.): κείνη δ', inquit, ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροφος, οἷά θ' ἁλιπλήξ, αἰθυίης καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος ἠέπερ ἵπποις, πόντῳ ἐνεστήρικται· ὁ δ' ἀμφί ἑ πουλὺς ἑλίσσων Ἰκαρίου πολλὴν ἀπομάσσεται ὕδατος ἄχνην.

v. 72 sq. Insulae tribus partibus constant, praeter rupes et campos pascuis montanis. Haec pascua ἐσχατιάς nominabant: Hom. Od. 14, 104: ἔνθα δέ τ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν ἕνδεκα πάντα ἐσχατιῇ βόσκοντ'. Harpocratio p. 87, 19: τὰ πρὸς τοῖς τέρμασι τῶν χωρίων ἐσχατιὰς ἔλεγον, οἷς γειτνιᾷ εἴτε ὄρος εἴτε θάλασσα.

v. 74. μαλοκόμοις] vox efficta est ad exemplum nominum, quae sunt ἱπποκόμος et μελισσοκόμος.

Isis ego belli horrendam aerumnarum caliginem septis circumdedi, illustrans regium imperium, opulentum, legiferum. Insulas vero mersas ipsa olim a radicibus in lucem extuli e limo profundo, montium iuga et camporum sedem conserendam et humum foecundam, rupibus fixis inductam, bubilibus et ovium pastoribus aptam; albescentibus vero Nereus

ΠΑΛΣΕΤΝ . . . . . ΧΩΝΠΕΡΙΜΑΡΜΑΡΟΝΑΝΘΕΣΙΝΑΧΝΑΣ
ΦΛΟΓΕΡΟ . . . . ΡΕΜΕΘΟΝΤΑ . ΟΤΙΝΟΚΑΔΑΙΣΙΝΑΡΑΣΣΩ
. . . . ΦΩΣΔΕΚΑΤΟΦΡΥΟΣΕΡΣΑΕΣΣΑΝ
. . . . ΒΩΠΟΤΙΜΑΤΕΒΑΠΕΙΚΑ=ΟΙΣΑΝ
. . . . ΟΤΕΙΡΑΝΥΠΕΡΝΑΛΟΙΣΔΕΚΕΡΑΤΝΩ
. . . . . . ΟΛΑΙΣΣΤΙΒΑΡΑΝΟΝΆΤΟΣ . . . ΑΠΕΙΛΑΝ

v. 75. *πλᾶζεν*] Homerus Il. 12, 285: *κῦμα δέ μιν προσπλᾶζον ἐρύκεται*. Od. 11, 583: *ἡ δὲ* (*λίμνη*) *προσέπλαζε γενείῳ*. cf. Lobeck. ad Buttm. gr. gr. 2 p. 268. — *ὕδει*] cf. intpp. Hesiodi ε. 61.

v. 76. *ἐριβρεμέθοντα* cum mihi videretur certum esse, effecit ut in iis quae praecedunt literis corruptis *φλοῖσβον* latere intelligerem. *βρεμέθειν*, quod ne nuperi quidem editores thesauri stepha-

accedit fluctibus, undarum strepitum spumae floribus circumlucentem excitans grandifremum. Fluentis pulcris sulco [terram, pallido] vero de supercilio roscidum [humorem destillo] et